BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 93r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



culta. audi fili sephor. Non est deus
quasi homo ut mentiatur. nec
ut filius hominis qui mentitur.
Dixit ergo. Dixit ergo non et
faciet. Locutus est. et non imple
bitur ad benedicendum ad ductus
sum. benedictionem prohibere non
valeo. Non est ydolum in iacob
nec videbitur simulachrum in israel.
Dominus deus eius cum eis est cla
gor victorie regis. in illo est. Dominus
deus eduxit eum de egypto. cuius
fortitudo similis est rinocerontis.
Non est augurium in iacob. nec
divinatio in israel. Temporibus suis
dicetur iacob et israel quid operatus
sit deus. Ecce populus ut leena con
surget. et quasi leo erigetur. Non ac
cubabit leo donec devoret predam
et occisorum sanguinem bibat. Di
xitque balach ad balaam. Nec ma
ledicas illi. nec benedicas ei. et ille
ait. Nonne dixi tibi. quod quicquid
michi deus imperaret hoc facerem
Et ait balach ad eum. Veni et ad
ducam te ad alium locum si forte
placeat deo. ut inde maledicas
ei. Cumque duxisset eum super ver
ticem montis phesor. qui respicit
solitudinem. dixit ei balaam.
Edifica michi hic septem aras. et
para totidem vitulos eiusdemque
numeri arietes per singulas aras
fecit balach. ut balaam dixerat
imposuit vitulos et arietes per sing
ulas aras. XXIIII

Cumque vidisset balaam quod
placeret domino ut bene
diceret israel nequaquam
abiit ut ante prexerat ut augu
rium quereret sed dirigens contra
desertum vitulum suum et elevans
oculos suos vidit israel intentorius
commorantem per tribus suas. Et ir
ruente in se spiritu dei. assumpta
parabola ait. Dixit balaam filius
beor. Dixit homo. cuius obscura
tus est oculus. Dixit auditor ser
monum dei. qui visionem omnipo
tentis dei intuitus est. qui cadit.
et sic aperiuntur oculi eius. Quam
pulchra tabernacula tua iacob. et
tentoria tua israel. ut valles nemo
rose. et orti iuxta fluvios cigri. Ut
tabernacula que fixit dominus
quasi cedri subter aquas fluet a
qua de situla eius. ut semen eius
erit in aquas multas. Extollet
exaltabitur. per agad rex eius. et
auferetur regnum illius. Deus
eduxit illum de egypto. cuius for
titudo similis est rinocerontis.
Devorabunt gentes hostes illius
ossaque eorum confringentur et per
forabunt sagittis. Accubans dormi
vit ut leo. et quasi leena quam nemo
suscitare audebat. Qui benedixit
tibi ille. et ipse sit benedictus. qui ma
ledixerit tibi in maledictione re
putabitur. Iratusque balach contra
balaam complosis manibus ait
Ad maledicendum inimicis meis
vocavi te. quibus econtrario iam
tertio benedixisti. Reverte in lo
cum tuum. Decreveram quidem
magnifice honorare te sed dominus
privavit te honore suo disposito
Respondit balaam ad balach.
Nonne nuncius tuus quos misisti
ad me dixi. Si dederit michi balach.